

so gloriosissimo, in bonorum omnium sufficientia mansuri.

¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶

LIBER TERTIUS.

De

ECCLESIA HÆREDE.

Hucusque etiam de testamenti divini Mediatore: sequitur de hærede testamento instituto.

Hæres est Ecclesia Dei, quam proprio sanguine redemit *a.* De Ecclesia agendum est vel in genere, vel in specie. *a, Act. 20. v. 28.*

Lo cus I.

De

Ecclesia in genere.

Ecclesiæ in genere consideranda est. *i.* Aphor. *i.*
 Definitio. *2.* Distributio. *3.* Affectio-
 nes. *4.* Notæ.

2 Ecclesia catholica (ut in symbolo sumitur) est cœtus electorum hominum, quos ab æterno Deus ad vitam prædestinavit. Hinc constat *1.* nullos reprobos ad Ecclesiam catholicam pertinere. *2.* catechumenos & excommunicatos fideles in Ecclesia comprehendi.

C vij